



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 97. Epistola Reginæ ad Parlamentum Lugduni data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

tur. Denique subjunxit, quod nunc ~~ta-~~<sup>Sæcul. XVI.</sup> lia quidem dissimulare compelleretur, ~~ta-~~<sup>A.C. 1525</sup> cum non de præcipua negotii summa, sed de commissa nonnisi violentia, & usurpatione ageretur.

§. XCVII. *cum illis*

*Epistola Reginæ ad Parliamentum  
Lugduni data.*

Regni administratrix, quæ tum Lugduni agebat, die vigesima quarta Junii ad Parliamentum literas dedit, in *Pinsson. I. 2.*  
quibus significabat, se iniquo ferre animo, quod Parliamentum cum supremo Senatu jurgio contenderet, licet ipsa hujus caussæ cognitionem haud alio ex fine quam ut litibus finem imponeret, sibi reservasset, hancque in rem præsentium Latori negotium dedisset, ut causam avocaret, id vero ipsum scribebat suisse ita decretum ex sententia eorum, quos Parliamentum deputasset.

Perfecta Reginæ epistola, atque discussio instrumento, quo illa hujus caussæ cognitionem sibi vindicabat, idem Lifetus Regis Advocatus sese opposuit, asseruitque, rem esse periculis plenam, atque hac de re monendam esse Reginam, eique exponendum, quod illius mandatis morem gerere, Parlamento haud integrum esset, proin interea, do-

M m 3                    nec.

**Sacul. XVI.** nec illius responsum perciperetur , præ-  
**A.C. 1525.** cipiendum , ut ejusmodi avocatio exe-  
 cutioni haud daretur , nec litigantes  
 caussam suam in alia quam Parlamenti  
 Curia prosequerentur , nullatenus vero  
 coram supremo Senatu sese fisterent , ni-  
 si caussa sua cadere , & centum auri  
 marcarum mulctam pendere malling.

## §. XCVIII.

*Parlamenti edictum pro executione  
 primæ suæ sententiae.*

Die tertia Julii eodem anno Parlamen-  
 tum omnia tribunalia convocavit ,  
 atque edicto sanxit , insuperhabita , quam  
 Regina præcepisset , evocatione senten-  
 tiam in caussa Senonensis Archiepisco-  
 patus , necnon Abbatiae S. Benedicti ad  
 Ligerim nuper latam omnino execu-  
 tioni dandam esse . Præterea Generali Pro-  
 curatori ac litigantibus inhibuit , ne ad  
 aliud tribunal caussam deferant , indi-  
 citis pœnis supra relatis : Die vero vige-  
 sima septima ejusdem mensis Procura-  
 tor Generalis graviter contra Parlamen-  
 tum querebatur , eoquod in Aurelianen-  
 si urbe edictum suisset promulgatum ,  
 quo ejus sententiae in caussa Abbatiae S.  
 Benedicti stare interdicebatur . Post hæc  
 perceptis istius querelis , omnes Curiæ  
 simul congregatae decreverunt , datis  
 literis